



**R. P. Lvcæ Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia
Spiritvalia Qvadraginta, De Sacrosancto Eucharistiæ
Sacramento**

Pinelli, Luca

Coloniae, 1608

Christvs Et Barrabas proponuntur populo. Matth.27.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](#)

MEDITATIONES.
CHRISTVS ET BARRABAS
proponuntur populo.

Matth. 27.

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. C O N S I D E R A quomodo IESVS
denuo tribunali Pilati exhibitus fue-
rit, qui cum iuxta veterem consuetudinem
vincutum unum Iudeis dimittere deberet,
ut liberaret Christum quem innocentem
nouerat, proposuit eum cum Barrabam
latrone, sperans populum Christi d. missio-
nem flagitaturum esse.

II. C O N T E M P L A R E quomodo inga-
tus populus ab impijs Scribis & Pharieis
persuasus, magnis vocibus postulaverat
Barrabam dimitti, I E S U M vero crucifigi.

III. R E V O L V E quid Christus in me-
stissimo corde suo tum afflictionis senserit,
non modo quod minor infamia latrone es-
seretur, sed etiam propter peccati enormita-
te m quod in hac postulatione Iudei per-
petraverunt.

D O C U M E N T A.

I. P illatus ut satisfaceret Iudeis, dimisit Ba-
rabam Christum vincutum retinuit: idem in-
fatis quādo ut appetitionibus tuis satisfacias, se-
fum

A5
DE PASSIONE CHRISTI. 39

ibus omnem libertatem permittis & spiritum op-
primis.

2. Si Iudei malegerant, quod Barrabam
Christo deposuerint, quanto tu sceleratus agis,
qui peccando Christum a te repellis, & Demonem
pro Domino tuo asciscis?

3. Fili, si magis doles de dannis tuis tempo-
ralibus, quam de detrimentis spiritualibus proxi-
morum tuorum: indicium das, Charitatem in te non
esse perfectam qualis erat in Christo; qui magis tri-
stans fuit de peccato Iudeorum, quam de suis crue-
tatisibus.

COLLOQUIVM.

Benignissime Iesu, in quo Iudeos of-
fendisti, ut non modo nullus ex eis ti-
bi patrocinetur, sed etiam Barrabam infa-
mem & sceleratum latronem tibi antefes-
san? O ingrata Hierosolyma, fieri potest
vita proflua memoriam deposueris innu-
merorum & maximorum beneficiorum
quaes a Christo accepisti? Fieri potest, ut non
recorderis damnorum, quibus a Barraba
latrone affecta es? quam multos ille filio-
rum tuorum peremit: quam multis ille sub-
stantiam, facultates, & vitam abstulit? & ta-
men flagitas ut liber dimittatur. Christum
vero

40 MEDITATIONES
vero qui infirmos tuos sanitati restituit, &
mortuis vitam redditum, ad necē deposcis,
& crucifigi postulas. O cæcam inuidiam &
capitale odium; maus viuum & liberum
latronem sanguinarium, quam innocentē
D E I filium. O Angeli. O Cœli, cur non vl-
eissimini tantam ingratitudinem? Domine
factum hoc, preterquam quod illis qui in
hac vita pro tui amore contemptū haben-
tur, solatio est: instruit nos etiam parui pen-
denda esse falsa huius mundi iudicia, quan-
doquidem tu suprema bonitas & Rex glo-
riæ , à vesano mundo Barraba inferior &
scelerior iudicatus fuisti. Roborat et
jam nos ad tolerandas omnes
iniurias & contumelias, que
in præsenti vita nobis
irrogantur.

CHRI-